Fragmentarium

Domine ihesu christe summe sacerdos et rex eterne per
meritum tue amarissime passionis atque preciosissi-
mi sanguinis tui effusionem Concede mihi misero
peccatori sanctissimum corpus et sanguinem tuum debita
reverencia et amore suscipere ut tibi fiat ad laudem et
anime mee ad salutacionem et omnium defunctorum requiem sempiternam Amen
Sumo te principium creacionis anime mee Sumo
te precium redempcionis anime mee Sumo te via-
ticum peregrinacionis anime mee Sumo te premium retri-
bucionis anime mee Ob hoc domine sancte pater eterne da mihi
indigno famulo tuo Wolfgango hodierno die sacro-
sanctum corpus et sanguinem filii tui domini nostri ihesu christi ita
sumere ut merear per hoc remissionem omnium peccatorum meorum
percipere et tuo sancto spiritu repleri et ab eo custodiri quia tu es
deus solus et preter te non est alius Agnosco domine quod [illegible]
ille centurio Non sum dignus inquit ut intres sub
tectum meum multomagis ego miser non sum dignus in-
gressu tuo sub tectum pectoris mei quod tam sordida-
tum multis sordibus fedatum Sed dic verbo et sanabitur
anima mea Plus obsecro domine sana infirmitatem cor-
dis et corporis mei ut digne suscipiam sacramentum
corporis et sanguinis tui Amen

Nat. Bibliothek Wien

License: cc-by-nc – Wien, Österreichische Nationalbibliothek, Cod. 3650, Cod3650_1v – Breviarium
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-xtse/4242/43779)